



1506. 22. 397
378

POSITIONUM CONTROVERSARUM,

EX JURE FEUDALI,

&

1664, 17

MATERIA DE REBUS,
QUÆ IN FEUDUM DARI
POSSUNT.

depromptarum,

17

DECADEM

P R Æ S I D E

ERICO MAURITIO,

U. J. D. & Acad. h. t. Rectore.

disputandam proponit

JOHANNES Speirmann/
Waldeccus.

Ad diem Decembris,

horis matut.

In Auditorio Jctorum.

TUBINGÆ,

Typis JOHAN-HENRICI REISIL,

ANNO M DC LXIV.

22

FORUM CONTROVERSARUM

EX JURE FEUDALI

&

MATERIA DE REBUS

QUE IN FEUDUM DARI

POSSUNT

de personis

DE CANONICO

PRÆTORIO

ERICOMANURITIO

A. D. & Acad. & Regior.

liberatus per

JOHANNES GRIMMUS

Wittenbergæ

Officium Typographicum

per

in Artibus Joh. G. W.

Y. B. I. N. G. A.

Typis JOHANNIS HENRICI & BIRSI

ANNO MDCCLXIV





I.



AN in Feudum Res etiam Mobilis sola dari possit? acriter disceptant Feudalis Juris Doctores. Afferunt, ita tamen ut hujusmodi Feudum improprium esse velint, Jacobus de Ardizone, Johannes Blanchus, Knichen, Dn. Struvius, & qui prolixè hanc sententiam tuetur Finckelthufius. Ac moribus, saltem Belgicis, in re mobili constitui posse Feudum, tradit Fridericus à Sande *Commentario in Geldria & Zutphania consuetudines Feudales*, & Cyprianus Regnerus *in Notis ad Everhardi Bronchorstii Methodum Feudalem*. Et induci moribus posse, ut in pecunia Feudum constituatur, testantur quoque Wesembecius, Pruckmann, Cothman, Kœppen, Scepliz, Knichen. Quin Feudum in re mobili constitutum etiam proprium esse, defendit Janus ab Arcedura. At, Feudum esse, quod in re mobili constituitur, negant Dd. communiter: inter illos, Jacobus de Belvisio, Andreas de Isernia, Præpositus, Martinus Laudensis, Petrus Ravennas, Fridericus Scenk Baro, Wesembecius, Rittershusius, Bronchorst, Hunnius, Arumæus, Eimeranus Eisenkeck, Johannes Biel Noviomagus *in Breviario Feudalium disputationum Lugduni Batavorum habitatum* Gudelinus, Zoësius, Rosenthal, Scultz, Gothofredus Antonius, Dn. Ludwell, Dn. Carpzovius, Dn. Suevus. Videntur tamen plerique disceptantium diverso sensu accepisse vocabulum Rei Mobilis. Multæ sunt res natura mobiles, quæ Juris intellectu ob certas causas,

fas, inter immobiles computantur. Atque illas in Feudum dari posse non dubitamus. Reliquas res utroque modo, & Natura & Juris Intellectu mobiles, in Feudum dari non posse, nulli ambigimus.

I I.

Quamvis in rebus quæ usu consumuntur usufructus constitui nequeat; Utilitatis tamen causa Senatus censuit interposita cautione, posse earum rerum quasi usufructum esse. Ad cujus exemplum, etiam rem mobilem, accedente cautione in Feudum dari posse existimant, Præpositus, Matthæus de Afflictis, Mozzius, Bocerus, Gœddæus, Cyprianus Regneri & Dn. Snobelius. Verior tamen est sententia adversa Andreae de Ifernina, Conradi Sleiffi, *in notis ad Wesembecii Tract. Feudal.* Zasii, Wesembecii, Rittershusii, Hattyseri, Borcholti, Gothofredi Antonii, Scultzii, Domini Ludwelli & Dn. Suevi, id haud immerito negantium. Sed nec admittimus rem mobilem, sub illa conditione in Feudum dari posse, si prætiosa sit, quod Niellio placuit. Quin nec in re hujusmodi quasi Feudum constitui posse arbitramur; quamvis id à Juris ratione alienum non esse existimaverit in Breviario Juris Feudalis Lugdunensi Johanes Biel Noviomagus.

III.

Sed an eo casu saltem in vim contractus innominati valere potest quod gestum est? Nos negandum putamus, etiamsi accesserit Juramentum, cum Andrea de Ifernina, Zasio, Rittershusio, Schradero, Emerano Eisenkeck, Dn. Ludwello. Licet aliter visum fuerit

fuerit Claudio Seyfello, Duareno, Hannetoni, Gothofredo Antonio, & Dn. Gotfrido Suevo.

IV.

Pecuniam quoque ex vendito Feudo redactam Feudalem non esse adstipulamur Zasio, Wesembecio, Sneiderwino, Arumæo, Zobelio, Borcholto, Vultejo, Rosenthalio, Niellio, Bocero, Hotomanno, Scultzio, Finckelthusio, Dn. Snobelio, Dn. Ludwello, cum quibus faciunt etiam Gailius, Cothmannus, Modestinus Pistoris, & Carpzovius. Quod & verius visum Serenissimo Electori Saxonie Augusto in Novellis Constitutionibus Saxonis. Aliter tamen olim judicavit curia Saxonica, teste Wesembecio, & auctores habuit Negativa Alvarottum & Gæddæum, cuius tamen duo extare de hac controversia consilia adversa fronte pugnancia rectè observavit Wesembecius.

V.

Fructus pendentes principaliter & sine fundo in Feudum dari posse negant Claudius Seyfellius, Janus ab Arcedura, & Niellius. At longe rectius asserunt cum glossa, Zasius, Blanchus, Vultejus, Hunnius, Rosenthal, Arumæus, Finckelthusius, Schultzius, Gothofredus Antonii, Carpzovius, Dn. Ludwell, & Dn. Suevus.

VI.

An decimæ in Feudū dari possint & quomodo? in jure Feudali controversia non vacat. Frequentiori calculo probata est sententia, post concilium Lateranense concedi non posse. Atque in Anglia nullas Laico in feudum concedi posse, nullo tempore, observat Thomas

mas

mas Cragius. Alibi tamen si concessæ fuerint ante concilium Lateranense iterum in Feudum dari possunt, secundum Alvarottum, Jasonem, Laudensem, Gyphanium, Rittershusium, Rosenthal, Gæddæum, Duarenum, Sonsbecium, Borcholtum, Clarum, Dn Snobelium. Quam sententiam in foro magis communem esse testantur post alios Covarruvias, Clarus, Curtius Junior: eandemque in Germania & Lombardia usu receptam Hakelmannus ad Sneiderinum observat. Si tamen ad Ecclesiam reversæ sint, Laico infeudari posse negant, Johannes Andreas, Panormitanus, Hostiensis, & qui eos sequitur Zasius; aliter fermè existimantibus, cum Imola & Claudio de Seyfellis, Jctis reliquis. Quod si dubitetur ante vel post concilium Lateranense concessæ sint: si immemorialis earum probetur possessio, ante concessæ judicantur, monentibus Rosenthalio, Vultejo, Duareno, Claudio Seyfello, Zasio, Mozzio, & Dd. communiter in cap. quamvis & cap. prohibemus X. de decimis. Finckelthusius tamen etiam secundum Juris dispositionem indistinctè, nullo respectu ante an post concilium Lateranense concessæ sint, decimas in feudum dari posse, solus quod sciam hætenus, contendit; nisi quod Gemmelius Cancellarius Hennebergicus idem usu servari tradat. Quod & testari videtur Zasius, ita tamen ut minimè ad juris rationem congruere existimet.

VII.

Castro in Feudum concessio, semper quoque Jurisdictionem, etiamsi non cohæreat Feudo, concessam videri existimavit post Romanum, Molinaus. Quod non admittunt, nisi eo casu quo jurisdictio castro cohæret,

hæret, Baldus, Præpositus, Zasius, Menochius, Borcholt, Mozzius, Rittershusius, Wesembecius, Scipio Gentilis, Gothofredus Antonius, Johannes Biel, Schonerus, Dn. Schnobelius, & Dn. Ludvvellus; quam sententiam communem esse volunt Rolandus à Valle, Borcholt, & Vultejus. In dubio autem feudo adhærere Jurisdictionem existimat post Baldum, Bartolum, Anchoranum, Everhardum Junioem, Vultejus. Quo casu moribus nostris simul concessam intelligi Jurisdictionem antumant Finckelthusius, Bocerus, Hunnius, Carpzovius; quamvis si de jure communi quærat aliter sentiant tres posteriores. Quæ & nobis verior videtur sententia. Quare regulariter si castrum simpliciter in Feudum concedatur, Jurisdictionem omni genam aut aliam à Feudaria, quæ ad tutanda jura feudalia competit venire non agnoscimus cum Dn. Carpzovio, Dn. Suevo, Dn. Struvio, Bocero, Reusnero, Humio. Quod ita consuetudine etiam servari scripsit contra aliorum opinionem Knichen.

VIII.

Ut res infeudari solita dicatur præter actuum frequentiam, tempus etiam longum postulamus. Neque tamen ut sit immemorabile tempus, (quod glossa voluit) requirimus; neque quadraginta annos, cum Jacobo Belvisio, Ifernica, Martino Laudensi, Julio Claro, Zasio, Borcholt, Duareno, Rosenthalio; vel 30. annos cum aliis, desideramus; Quin nec interdum immemoriali tempore, interdum quadraginta, interdum triginta annis, pro ratione trium diversorum casuum, cum Baldo; aut decem annis, cum aliquibus, illud describimus. Sed nec distinctionem Curtii junioris

nioris probamus, qui interdum immemorale tempus, interdum sola solennia postulat. Nec Jani ab Arce-dura sententiæ calculum nostrum addimus, qui ad rem infeudari solitam nullam omnino temporis antiquitatem requirit; Sed Judicis arbitrio totum hoc negotium committimus, cum Menochio, Duareno, Rosenthalio, Hunnio, Fachinæo, Carpzovio.

IX.

Molendina Navalia *Schiffmühlen* / nisi sunt Ban-nalia *Zwangmühlen* / in Feudum concedi non posse, quod inter res mobiles computentur, putant Rosen-thal, Vultejus, Dn. Suevus, Dn. Carpzvius, Dn. Ludvvell: Ast concedi posse in feudum ac compu-tari plerumque inter res immobiles, & recte, nostro judicio autumant Gœddæus, Heringh, Finckelthaus, Dn. Hahn, Dn. Snobelius, Struvius. Sed nec de Pneu-maticis quidem aliud statuimus post Dn. Reinkingium, Heringium, Finckelthusium, Ludvvellum, & Struvium; licet in illis Feudum constitui posse negent, Borcholt, Berlichius, & Carpzovius.

X.

Servitutes in Feudum dari posse non dubitamus, cum Gailio, Bocero, Rosenthalio, Dn. Sinold cogn: Schutzio Juniore: Ita tamen si simul etiam detur fun-dus. Absque fundo tamen & in iis solis Feudum con-stitui non posse adstipulamur Finckelthusio.

X 2615924

VL 91





1,506. *22.* *397*
375

VERSARUM,
DALL,
1664, 17

REBUS,
M DARI

m,
EM

RITIO,
Rectore.

it
irmann/
bris,
m.
e,
CI REISIL,
IV.

17